

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Gebri Arabis Chimia

Geber

Lugduni Batavorum, 1668

De Sulphure. Cap. XXVIII

[urn:nbn:de:bsz:31-95581](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-95581)

effectus horum principiorum, ponemus capitulum determinatum, secundum quod est ex opere naturæ. Dehinc vero ad ea quæ hujus magisterii sunt fundamenta, & operationes, transeundum erit, horum omnium causas assignantes.

De sulphure.

CAP. XXVIII.

Dicimus igitur quod sulphur est pinguedo terræ, in visceribus terræ per temperatam decoctionem inspissata, quousque induretur & sicca fiat, & cum indurata fuerit, sulphur vocatur. Habet autem sulphur fortissimam compositionem, & est uniformis substantiæ, in omnibus suis partibus homogenium: ideoque non aufertur ejus oleum ab ipso per distillationem, sicut ab aliis rebus oleum habentibus. Qui vero quærunt ipsum calcinare, non perdendo de illius substantia aliquid, de quo sit curandum, in vanum laborant: quoniam non calcinatur, nisi per magnam industriam, & multum de illius substantia dissipando. Ex centum enim partibus vix tibi tres sufficienter reservabis, post ipsius calcinationem. Figi similiter non potest, nisi calcinetur prius: Commiseri atamen & aliquantulum illius fuga retardari, & illius potest aduſtio reprimi, & cum commixto facilius

facil
eo o
non
fictu
usqu
pari
unic
depu
rio,
tius
mag
para
corp
natu
mul
tes
alia
tall
ne d
figi
sub
Ca
por
aut
arg
in q
fict
que
mic
cal
Per

facilius calcinatur. Qui autem quærit ex eo opus elicere, illud per se preparando, non elicit; quoniam cum commixto perficitur, & sine illo protelatur magisterium usque in desperationem, & cum suo compari fit tinctura & dat pondus completum unicuique metallorum, & ipsum à fœditate depurat, illustrat & perficitur cum magisterio, sine quo nihil horum præstat, sed potius corrumpit & denigrat: non igitur sine magisterio ipso utaris. Qui autem in præparatione ipsum commiscere & amicari corporibus noverit, sciet unum ex secretis naturæ, & viam perfectionis unam, cum multæ sint viæ ad unum effectum tendentes: Una tamen propinquior & perfectior alia invenitur. Et quodcumque corpus metalli ex ipso calcinatur, acquirit pondus sine dubio. *Æs* vero assumit ex eo Solis effigiem. Mercurio quoque associatur, & per sublimationem fit *Ulisur* vel *cinnabrium*. Calcinantur autem per ipsum omnia corpora facile, præter *Solem* & *Jovem*: *Sol* autem magis difficulter, & non coagulatur argentum vivum ex eo in *solem* vel *lunam*, in quibus fit utilitas, per artificium debile, sicut quidam fatui putaverunt. Quæcumque autem corpora minus habent de humiditate argenti vivi facilius per sulphur calcinantur: quæ vero multum difficilius. Per Deum altissimum id ipsum illuminat.

C

& recti-

& rectificat omne corpus: quoniam est alumen & tinctura. Difficillime quoque solvitur, quia non habet partes balsuginosas, sed oleaginosas, quæ non faciliter in aquam solvuntur. Quæ autem facile & quæ difficile solvuntur in aquam, infra in capitulo solutionis monstrabimus satis aperte. Sublimatur vero, quia spiritus est, & si quando commisceatur veneri & adunatur secum, fit mirabilis color violaceus: cum mercurio quoque miscetur similiter, & fit ex eis per decoctionem celestinus color delectabilis. Non putet ergo quis, quod sulphur per se opus compleat. Non enim esset hoc credere nisi vanum. Hoc autem satis lucide probamus in sequentibus. Eligitur autem crassum & lucidum. Et de sulphure hæc dicta sufficiant.

De Arsenico.

CAP. XXIX.

Restat nunc de Arsenico terminare ad præsens. Dicimus autem quod Arsenicum est similiter de subtili materia & in natura sulphuri confine. Idcirco non oportet aliter definiiri quam sulphur. In hoc autem diversificatur à sulphure, quia est albedinis tinctura, sulphur vero rubedinis. Est autem sulphuris & arsenici duplex genus, scilicet citrinum & rubeyum, quæ sunt